

Alte Drucke

Pavli Castrensis In ... Codicis Partem Patauinae Pr[a]electiones, Francisci Curtij, multorumq[ue]; qui hactenus Doct. incubueru[n]t Appendicibus ...

Paulus <Castrensis>

Lugduni, 1553

Qui legitimam personam standi in iudicio habent uel non. Rub.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150729

habet & breuiter tenet q si iniuria est notoria, possit. quia tunc magis expediat cognoscere vel sententiarum: sed exequi, vel punire: hoc tamen quando redundaret in iniuriam officij alijs secus. Si autem non est notoria: & sic oportet cognoscere & pronunciare tunc ipse non possit: sed ad superiorem. est recurrendum: & vide quod habetur in c. ex parte. de verbo. signi. per Inno. & etiam in c. dilecto. cum ibi no. de senten. excom. lib. vj.

Qui legitimam personam standi in iudicio habet uel no. Rub.

¶ Pupillus qui compromisit cum tutore, an possit prosequi lite coram arbitro sine tutore? Monachus sine licentia abbatis non habet legitimam personam standi in iudicio: & fideiussor ex eo non obligatur.

¶ Cum in quo claudicat iudicium.

¶ Quod possit ferre iudex contra pupillum, uel adultum, non habentem tutorem, uel curatorem?

LEX

I.

Icū esses. ¶ Pupillus sine tutoris autoritate non habet legitimam personam standi in iudicio: nec valet sententia lata contra eum. Idem in adulto litigante sine curatore. hoc dicitur cum l. seq. Et possunt intelligi quando agitur: tunc reus potest excipere q non debent admitti sine autoritate reus: administratorum: quia non habent legitimam personam standi in iudicio. ideo facient sibi dari tutorem, vel curatorem: non habent. ut j. qui da. tu. pos. l. in vniuersis. interest enim rei eos repellere: quia si obtineret sententiam contra eos, sibi non non prodesset. ut in istis legibus. & si daretur sententia contra eum. & pro illis, bene valeret. per l. non eo minus. s. de procu. quando autem conueniuntur, similiter sit cautus actor: ne admittat eos contra se. alij ad primū & secundū decretum. iuxta ea quae habentur in l. si sine iij. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & in l. si minor. de bo. auth. l. i. pos. Sed pone q adultus non habebat curatorem: an tunc habebat legitimam personam standi in iudicio? videtur q sic: sicut habet ad contrahendum. quo casu ciuilitate & naturaliter obligatur & cum effectu. nisi restituatur in inte. ut in l. si curatorem habens. s. de in te. resti. Contrarium determinat glo. in l. cū & minor. s. si aduer. rem iudic. licet ibi dicat q nulla lege hoc reperiuntur. l. acta. s. si. ff. de re iud. & in ista l. ij. quae indistincte hoc vult q non valeat sine curatore. & j. qui pe. tuto. l. j. & l. ad mone. ubi quando vult litigare, debet petere curatorem. ergo si litigat sine eo, non valet, nec potest dici quod curatoris autoritas faciat ne restituatur in inte. quia imo potest hoc non obstante restitui. ut in titu. si tutor vel curator interue. requiritur ergo ad hoc ut valeat sententia, vel processus mero iure. alijs sententia ipso iure non valet. nec esset necessaria restitutio. ¶ In gl. j. ibi. [l. si pupillus.] lex ista vult q pupillus sine tutore non potest compromittere in arbitrio: sed pone q compromisit cum tutore. & sic valet: postea sine tutore vult prosequi lite coram arbitro: an possit? glo. innuit q non relata ad tex. qui loquitur quando vult litigare. Guli. de Cu. multum no. dicit q longa est differentia. quia si litigat coram iudice, non obligatur ciuilitate & naturaliter ex quasi contractu: qui consuevit fieri in iudicio: quia non habuit legitimam personam. & prohibetur à iure: & ideo si dedit fideiussorem, ipso iure non obligatur: quia non subest obligatio principalis. l. cū lex. ff. de fideiuss. Sed si litigat coram arbitro, obligatur. saltem naturaliter. si erit doli capax: ideo si dedit fideiussorem, obligantur efficaciter: & erit damnus ipsorum fideiussorum: ut in tit. de fideiuss. mi. & in c. i. in prin. ff. de mi. quia compromissum & litigium coram arbitro potius accedit naturae contractus in quo potest natura obligari: est doli capax. ut in l. j. ff. de noua. quā naturae ius dicitur. ¶ Tene menti: nam non est diu q sui interrogatus: quia qui cum monachus sine licentia abbatis litigauit, & dedit fideiussorem: dicebatur quod monachus poterat obligari naturaliter: & sic fideiussores ciuilitate & naturaliter. sed certe in iudicio monachus non habet legitimam personam sine consensu abbatis: ergo nec fideiussores obligantur. iuxta no. in l. si longius. s. j. ff. de iud. l. in glo. Tene menti ista dicta Guli. ¶ In sequē. glo. ibi. [non eo minus.] & sic claudicat iudicium. quod videtur reprobari à iure. l. si cum dies. s. pe. ff. de arbi. sed dic q propter priuilegium personae vnius litigantium permittitur ista claudicatio. ut l. iulianus.

s. pen. ff. de actio. emp. sed quando neutra pars esset priuilegiata, non permittitur. ¶ In glo. ibi. [secus in interlocutoria.] Intellige sanè secundū Guli. Pe. & Cy. scilicet in interlocutoria de mittendo in possessionem: nam illa bene potest fieri contra pupillum, vel adultum sine tutoris vel cura. autoritate. quia sit contra absentem: & tales habentur pro absentibus. ut in l. si quis litigatorum. s. coram. ff. de arbi. sed alia interlocutoria quae feruntur contra absentem, non possunt ferri contra pupillum, vel adultum: si litigat sine tuto. vel cura. j. quomo. & quā. iudex. l. si praeses. quod tene menti perpetuo. & sic dilaciones datae pupillo, vel adulto. sine tuto. vel cura. non ardeant j. de dila. l. siue pars. & l. si quando. & productio testium, vel instrumentorum. Tene menti. quia est multum utile: & declarat istam materiam. Non sunt alia.

- ¶ In causa possessionis seu possessorij si feratur sententia contra minorem, cum ualeat sine curatore: an poterit petere restitutionem in integrum.
- ¶ Statutum si dicat quod contractus factus à minore xxv. annis, maiore tamen xvij. ualeat, an possit peti restitutio?
- ¶ Quid si statutum dicat quod contractus gesti, uel acta gesti per maiorem xvij. ann. ualeant?
- ¶ Casus in quo agens possessorio retinenda potest reconueniri petitorio: illum modo legitime compareat, quando agens esset maior.
- ¶ Seruus q. non possit intentare possessorium adipsam: & quid in minore sine curatore?
- ¶ An sit differentia an quis agat interdicto unde ui. an condictione legis si quis in tantum. eodem titu. infra unde ui?
- ¶ Agens possessorio sicut non potest ratione illius accumulare petitorium si agit sine tutore uel curatore, ita testis inclusus in causa possessionis, quod non debeat interrogari de proprietate.
- ¶ Si ageretur interdicto retinenda, & uterque litigantium assereret se possessorem, & pariter de possessione probaret, q. tunc ille qui probat de proprietate praefertur.

LEX

II.

Momentanea. ¶ In causa possessionis seu possessorij minor xxv. ann. habet legitimam personam standi in iudicio: etiam sine curatore si agit. hoc dicitur primò: sed in causa proprietatis. seu in petitorio non habet. hoc dicitur secundo. Si verò conueniatur, vel reconueniatur, nec in possessorio, nec in petitorio legitimam personam habet sine curatore. hoc tertio & ultimo dicitur ista l. difficilis in tex. ad cuius declarationem tendunt omnes glo. Et est singularis in primò & ultimo dicto. & in secundo. diuide in tres partes. ut in sumario. secunda ibi. [sub colore.] tertia ibi. [nihil autem.] In prima agebat possessorio tantum: & aduersarius opponebat q non tenebatur sibi respondere: quia ueniebat ad iudicium sine tutore, vel curatore, & sic non sunt legitime. nam si sententia feratur pro eo, esset nulla: sed si feratur pro minore agente, esset valida. ut in l. non eo minus. s. de procu. interest ergo sua cum eo non litigare. Contrarium determinat: quia tale iudicium possessorium potest agendo moueri: & exerceri per quancumq. personam. etiam si alijs esset inhabilis. Ex hoc sequitur q etiam si feratur sententia contra ipsum minorem agentem, & pro reo, erit valida. sicut si interuenisset autoritas tutoris, vel cura. alius reus deciperetur autoritate huius l. quod esse non debet. ut s. de his qui ve. ata. impe. l. j. in fi. Sed an poterit petere restitutionem in integrum? videtur q non. eadem ratione per illā l. j. & per glo. quae est in l. exigendi. in vltima glo. s. de procu. bene facit in ratione sui tex. cum glo. in l. j. ff. de appel. reci. contrarium tamen determinat hic Bal. quia legitimatur persona sua. ut perinde valeat processus & sententia, ac si interuenisset tu. & cu. autoritas. Sed si non interuenisset, daretur nihilominus restitutio. ut s. si aduer. rem iudic. per totum. Sufficit ergo q processus valeat mero iure: qui non valeret si non esset dispensatus per hanc l. Ad glo. quae est in l. exigendi. Bal. non respondet. sed dic q loquitur quando legitimatur persona alicuius minoris, ut agere possit: vel interueniente pro alio: non quando pro se. ut hic. Et eodem modo responde ad l. j. de appel. reci. Sed ad l. j. de his qui ve. ata. responde, q ibi minor aetas fingitur maior. quo casu habetur pro maiore xxv. ann. sicut in casu quando minor iurat non venire contra contractum. nam iuramentum representat eum maiorem xxv. ann. ideo denegatur restitutio. ut in aut. sacra. puberū. s. si aduer. ven. ¶ Et ex hoc deciditur q notabilis. Si statutum dicat q con-

^a Quid autem adde hoc & die etiam per Spe. in ti. de pba. s. ij. ver. xxij. & p. Alex. in l. ij. col. ij. ff. de iuris dic. om. iud. & in l. ij. ff. de cer. pet. & in l. ij. ff. de iur. iur. Præ. cur.

tractus factus à minore xxv. an. maiore tñ xvij. valeat, an possit peti restitutio? Iac. de Bel. disputavit hac q. & lo. An. refert addi. Spe. de resti. in inte. s. j. & inci. l. perusina ca uetur. breuiter dic q. quicqd ipse dicat. aut statutū dicit q. maior xvij. an. in omnibus suis agēdis habeatur pro maiore xxv. ut dicitur Florētia. & tñ duo operatū statutum.

primò q. valeat gesta per eum sine curatore: quæ altis ipso iure nō valerent. Itē q. nō possit petere restitutionē in inte. per illā l. j. videt tñ q. alienatio bonorū immobilū nō valeat per l. ij. eo. ti. Sed illa qñ per rescriptū minor ætas fingitur maior. Secus puto quādo per l. vel statutū. quia loquitur quādo indistinctē. Sed si dicat statutū q. contractus gesti, vel acta gesta per maiore xvij. an. valeant: & sic nihil disponit circa ætatē, fingendo ipsum esse maiore: sufficit q. statutū opere vnum. l. q. valeat mero iure, qui altis nō valeret: sed non tollit restitutionē in integrū per gl. mag. quæ est j. si de momē. pol. l. j. Et ad prædicta vide omnino qd' nō. Bal. in aut. si captiui. s. de ept. & cle. in secūdo dicto seu casu minor agebat possessio adipsē dā: & cū ipso cumulabat in eodē libello, vel etiā in alio durante iudicio possessio, etiā petitorio: asserēdo rem vel hereditatē ad se pertinere, & petendo ita declarari, nō interueniente autoritate tuto. vel cura. Aduersarius excipiebat q. non tenebatur sibi respondere: nisi legitime veniret ad iudiciū cum autoritate illorum, ipse replicabat q. non tenebatur. quia cum ageret possessio, habebat legitimam personā: & sic sub colore possessio volebat agere petitorio, qd' erat maioris præiudici: dicitur q. non valebat. q. ista est quæda obreptitia petitio: maxime si iudiciū possessio est initiatū sine tutore vel curatore. Nā & idē cum eo, si postea sine eo vellet agere petitorio. & iste casus colligit ex dictione maxime. & sic sunt duo casus. & in prin. ponitur tertius. & in fi. quartus qui talis est. Pone q. minor nō agit possessio: sed cōuenitur sine curatoris autoritate ipse non vult cōparere in iudicio. nisi habeat curatorem: aduersarius vult quod procedatur etiam sine illo. dicens q. ipse minor agēdo cōtra se sine curatore haberet legitimā personā, & ipse nō posset repellere eum. Idē debet esse econtrā ut minor nō possit repellere agentē. Contrariū respondetur. quia prius legiū possessio ut legitime personā minoris, nihil opiculatur quādo minor cōuenitur: quia tunc non ipse, sed curator potius debet cōueniri. & hoc secundū vnam lectū. quā tenet Bar. Vel dic q. minor agebat possessio retinēde, dicens se possidere, & ab aduersario turbari, & declarari petebat se possessorem, & aduersarium repelli à molestia seu conturbatione. Nunc aduersarius cōuentus volebat ipsum reconuenire petitorio, dicendo ad se pertinere dominium: an poterit sine curatore? videbatur q. sic propter naturam reconuentionis. per l. fi. de sen. quia cum agat sine curatore, & habeat legitimam personam, non debet designari si reconueniatur: etiam sine curatore. Contrariū respondetur. quoniam alterius nature est causa petitorio, & alterius causa possessio: cum vna sit magis præiudicialis: quia grauamen illatū in illa non posset reparari per iudiciū possessio. sed econuerso sic. ideo dicitur possessio momentanea: quia præiudiciū quod in illo possessio sit, parum durat cum possit reparari per iudiciū proprietatis in quo sententia lata præfertur sententiæ latæ in possessio. ut in c. cum ecclesia. & c. cum super. de cau. pos. & propterea. Est ergo hic casus secundū istum intellectum. q. agens possessio retinēda potest reconueniri petitorio, dummodo legitime cōpareat: qñ agens esset maior. secundū Ang. In tex. ibi. [actio]. i. actus agendi. nam non semper possessio petitur per actio. sed interdum per officium iudicis, interdum per indirecta. ut in glo. j. ⁶ In tex. ibi. [per quancunq.]. j. subaudi etiā inhabilem. puta minorem sine curatore. vel etiā seruū. ut j. si per vim vel alio modo. l. j. in hoc tamen differunt. quia minor quodlibet possessio etiam adipiscendā possessionis potest intetare sine curatore. ut j. subijcitur in sequenti casu. in versic. [adipiscendā]. j. sed seruus duntaxat posses. vel recuperandā, vel retinēdā non autem adipiscendā. ut in d. l. j. ita intellige glo. hic quæ incipit. i. [quælibet persona]. j. ut illa verba glo. [non sic in adipiscenda]. j. referant ad seruū: nō autē ad minorem. Sed contrā q. ista verba generalia. [per quancunq. personā]. j. recipiant restrictionē de habilitate. ut intelligat. [quancunq. personā]. j. habile. ut in l. j. cum ibi nō. s. iac. san.

ec cle. & l. vt gradatim. s. & si l. ff. de mu. & ho. Sed illud quando aliquid operatur lex. licet fiat dicta restrictio. nam ante illam. l. j. non erat licitum relinquere ecclesijs. quia non erant collegia approbata. unde satis est quod per illam legem detur licentia relinquendi: dummodo relinquens sit habilis ad hoc sed hic nihil operaretur lex ista si fieret ista restrictio. quia regulariter quilibet est habilis ad agendum: si non reperitur expresse prohibitus ad quod vide per Iac. de are. & alios in l. j. s. j. de oper. noui num. In tex. ibi. [alteri obesse nō debet]. j. scilicet quominus possit agere repellere, si vult litigare sine tutore, vel curatore. Vltimò glo. ponunt hic casum in pupillo: sed rectius ponitur in adulto. ut pater in fin. vbi facit mentionem de curatore. non tamen negatur quin habeat etiam locum in pupillo proximo pubertati. sed si esset infans, vel proximus infantia, cum videatur carere intellectu: etiam in possessio non haberet legitimam personam standi in iudicio agendo. argu. in l. si infanti. infra de iure delib. ran. & qd' nota in l. j. s. j. ff. de administra. tuto. In glo. ibi. [est ex vi constitutionis non interdicti]. j. No. quod per l. si quis in tantam. j. unde vi. non corrigitur iste titulus. & ideo est in electione actoris spoliati, an agat interdicto unde vi. & tunc solum possessionem recuperabit. & hoc sibi sufficit. si ipse erat prius dominus: vel agat cond. ex illa. l. si prius non erat dominus, sed ipse se spoliatus. & tunc non solum recuperat possessionem: sed acquirat dominium, quod ille spoliatus perdit. In fi. glo. ibi. [quia ei to. debet expediri, et sine mora]. j. Dic. id est sine iudicio ordine & sic in eo non seruatur ordo iuris. Contrarium tenent doc. per tex. in insti. de interdic. s. retinēda. vbi lis contestatur. ergo & datur libellus. & sententia lata est diffinitua. ut infra de senten. l. post sententiam & no. infra si de momen. pos. l. j. in glo. & in l. quod fuit. ff. de re iudic. & per Immo. in c. cum venisset. de insti. tu. Aliquando tamen in possessio non requiritur libellus, nec lit. contestatio. ut quando non est legitimus contradicor. ut infra de edic. diu. adria. tol. l. fi. & l. momētanea. infra unde vi. de hoc plenē per Bar. in l. naturaliter. s. nihil cōmune. in vltima. vel penultima. col. ff. de acquirēda possessio. In glo. quæ incipit. i. quælibet persona. j. ibi. [si tñ pupillus succubens in possessio]. j. dic gl. intelligit sed m. casum huius l. qñ prius egit possessio, & succubuit: postea vult agere petitorio sine curatore. Cōtē tunc nō haberet dubiū. nec illud verbū. [sub colore]. j. nec illud. [tōne putia petitio]. j. cōueniret huic casui. ideo intellige ut dixi. q. volebat cumulare petitorio cū possessio in eodē libello: vel in diuersis libellis. unde videbatur q. ratione adiūcti. i. possessio haberet legitimā personā etiam tñ petitorio. q. remouet ista litē. In eadē gl. ibi. & similiter & c. j. dic ista gl. sentit q. minor in possessio non habeat legitimam personam pro alio: licet habeat p. se. Contrarium tenent doctores. quia imo magis. per l. cū mandator. ff. de minori & per l. quæsitum. ff. de in ius voc. In vltima gl. ibi. [No. argumētū]. j. Dic. ex isto ver. [sub colore aut.]. j. q. si agens possessio nō pōt rōne illius accumulare petitorio, si agit sine tutore vel curatore: ita testis inducitur in causa possessionis non debet interrogari de proprietate. & si interrogatur ut respondeat, nihil opitulat possessioni. ut in interdicto recuperandē possessionis: q. pōt intentari ab eo qui non habebat dominium: sed possessionē qua fuit spoliatus. Si enim inducit testem ad probandū possessionē ipsius, & testis pro eo deponit, & iudex in terroget an ille esset dñs: & ipse respondeat quod non: sed erat ille qui spoliatus nō debet attendi dictū suū, nec ferre sententiā. etiam si esset plures qui hoc dicerent pro ipso spoliato: cū spoliatus an omnia sit restituendus. nec admittatur exceptio proprietatis. ut in l. si q. ad se fundū. j. ad l. lul. de vi. & l. si maritus. de do. iter vir. & vlt. ⁹ Est ergo ista interrogatio impertinēs, sed si ista p. prietas optinetur: ut quia agere interdicto retinēda possessionis, & vterq. litigantiū assereret se possessore: & pariter de possessione probarent. & tunc ille qui probat de proprietate, præfertur. ut in c. licet cam. de proba. tūc ergo interrogatio non esset impertinēs. & esset distinguendū an iurauerit, dicere veritatem de possessione & tunc dicēdo de proprietate, nō stat dicto eius: q. dicit nō iuratus. aut iurauit simpliciter sup. tota cā. & tunc hñ stabit ad hoc q. no. in l. si duo. s. lul. ff. de iure iur. Quid aut' si testis nō interrogatus aliqd dicat extra articulū: ut frequēter cōtingit. vide Bar. in l. j. s. Diuus. Anto. ff. de quæstio. Et adde quod no. in l. si quis libertatem. de peti. hære. in glo. fin. & ibi per docto.